

lima. Quod quidam signum evenit mihi in 17. diebus, hoc
 esto materiã, sic coagulata pone ad scrinium tuũ ne tan-
 tur ab aere, vel sole, donec solvatur in oleum ut prius, &
 solvetur in quinque aut sex diebus vel forte eadem est
 difficultas solutionis sicut coagulationis. Hoc soluto iterũ
 ponatur ad coagulandum, ut prius. Et sic reiteretur coagu-
 latio, & solutio ad minus quater vel quinquies, Quia toties
 reiteraveris hac coagulatione & solutione, totiens augmen-
 tetur tua tinctura, post ultimam vero coagulationem. Re-
 cepe lapidem marmoreum calidum, & omnia pertinentia ad
 istum laborem, sint calida quocunque nomine censea-
 tur. Et pone pulveres tuos super istum calidum lapidem
 conterere bene, hoc facto pone hos pulveres contritos in ca-
 ludum calcinatorium ut non solvantur propter aeris ad-
 ventum, & claudatur coopertorio suo circumlinito, luto sapie-
 tiæ. Et pone in ignitum furnum reverberationis, & tam
 reverbera quousque fixatorium appareat quasi sursum
 aere stare ad spissitudinem calami postea in frigidetur in e-
 dem furno, Et recipiatur de eadem materia, & probetur
 ponatur ad aliquem locum humidum vel aërosum de ip-
 pulvere, si adhuc aliqua humiditas laret in eis statim solvetur
 aliquantulum, sed non totum hoc viso, non est signum fixa-
 tionis. Tunc iterum pone in furnum reverberii, ut prius. Et
 iterum proba in humido, ut prius, Et hoc reitera reverberando
 & probando donec non solvitur in humido, & hoc est
 signum fixatæ medicinæ & perfectæ tincturæ, ad tingendum
 crudum Mercurium ablutum, & purificatum, tinge ergo,
 scis, &c.

Preparatio fermenti.

Recipe solis purissimi unam partem, & Mercurii tres par-
 tes bene purgati & fac Amalgama, & pone in vas vitri
 & adjuge sibi de aqua forti facta, de una parte salis
 tri, & alia parte vitrioli, & octavam partem cinobrii, & pone
 super furnellum, primo lento igne, usque ad ruborem alembici,
 tunc vigora ignem, cum ligniculis, & ascendet alba,
 cum videbis, quod rubedo alembici cessaverit, tunc vigora
 plus ignem, tunc ascendet materia alba ad collum alembici,
 & aliquantulum etiam distillatur in receptaculum, hoc
 quod ascendit serva ad opus tuum, hoc fac quinquies vel
 prius. Et semper conforta eandem aquam cum quatuor
 quinq; guttis, de nova aqua forti. Et sic habebis fermentum
 id